

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii, D. Theolog. Past. I. & Prof.
P. Quo ad eundem Exequias Ex hac Vita abrepto Dn. Hinrico Fabricio, Medicinae
Candidato, d. XXVII. Aprilis. Anno M. DC. LX. Omnes & omnium ordinum
Literatos, peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744495X>


Druck Freier  Zugang




Qvistorp, J.,
in
H. Fabricius.

Rost. 1660.

56





54
PROGRAMMA
RECTORIS ACADEMICI
JOHANNIS QVISTORPII,
D. ΘΕΟΛΟΓ. Past. J. & Prof. P.



Quo
adeundum
EXEQVIAS

Ex hac Vita abrepto
DN. HINRICO
FABRICIO,
Medicinæ Candidato,

d. XXVII. Aprilis. ANNO,
M. DC. LX,

Omnes & omnium ordinum Li-
teratos, peramanter invitat.



ROSTOCHII,
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Academ.
Typographi,

Bernhardus Meditat. cap. 3.

Homo nihil aliud est, quam sperma foeti-
dum, succus stercorum & cibus vermium:

Post hominem vermis, post vermem
foetor & horror: sic hanc in spe-
ciem vertitur omnis

Homo.

RECTOR
JOHANNES QUISTORPIUS, D.

Nostri primi Parentes, ob exilem quidem at pestiferam & malam mali buccellam, arborisq; vitæ abusum, ex amœnissimo deliciarum paradiso ejecti, in miseriarum hujus mundi opacum & funestum hortū detrusi & relegati, pro meritæ pœnæ, vitæ caducitatis, in omnibus vallis hujus infortunatæ angulis, enascentibus ex terra germinibus, herbis, fruticibus, floribus, & foliis, spectatores constituti sunt. In hocce enim horto nullus mensis præterit, nulla dies transit, nulla hora labitur, nulla gleba conspicitur, quæ non hominis miseriam ostendat, quæ non omnes nobis species mortis ob oculos ponat, & nō tantum mortem senum naturalem, virorum juvenumq; immaturam, sed & puellarum tenerrimarum, imò infantium adhuc à matre rubentium acerbam contestetur, profiteatur & comprobet. Mensis hicce Aprilis HENRICUM FABRICIUM variis morbis deformatum, Medicinæ Candidatum, ex horti hujus dumetis in paradisum trāsposuit, nos verò in horti terrestris mæandris palātes, dolentes reliquit. In hoc enim horto quocunq; oculos animumq; convertimus, omnia quæ terra gignit, omnia quæ homines oblectant, miseriam & fugacitatem inculcant.

Hocce tempus, brumâ nunc pulsâ, terræ gremium pandit, poros aperit, flores, violas, narcissos, germina producit, arborum folia, nymphulas, gemmulas protrudit,

trudit, & paradifum quendam terreftrem adornat, at-
teq; plusquam Apellea depingit, Quid n. primo aspe-
ctu jucundius, quid forma pulchrius, quam vernantes
hujus anni varii generis herbas, fofculos veluti revi-
vifcentes, terram coloribus quali purpurantes, homi-
numq; oculos, ac animos fragrantiffimis odoribus fa-
fcinantes contemplari? Aft fi pedem figas, obrutu fi-
xo oculiferia hæcce & fugaces delicias intuearis, ea-
rum nonnullas vix ephimeras vel diurnas, nedum diu-
turnas elle animadvertis: vel enim naturali vigore de-
ficiente, vel vento inclemētius fpirante, vel Sirio æftu-
ante, flores flaccefcunt, herbæ tabefcunt, folia concidunt.
Hunc Labyrinthum mundi gyrum dum agim9, viciffitudines
has in eodem recurrentes dum cernim9, appofitè hominem
ipfi flori, gramini, foliis, in facris literis comparari
intelligimus, hortum mundanum feu naturæ librum
perpetuum, noftræ miſeriæ Doctorem elle agnoſcimus.
Et his citò interituris floribus haud abſimilem elle
vitam mortalium, Botanici ftudioſis perfuadere deberent.

Hortos ſuos hocce tempore qui inſtruunt & adornant,
& lactucæ & braſſicæ ſemina præjiciunt, carduos & tribulos
extirpant, piſa, fabas, & lupinos plantant, libanotidem
coronariam, ſalviam & ſalviūculā tranſponunt, lupulum,
hederam, palmites, ribes, omniſq; generis frutices ſuccidunt,
ex hiſce omnibus herbas nonnullas, vix dum prorumpentes,
decerpunt, tranſpoſitione & inſitione & incifione nonnullas
penitus exareſcere, nonnullas creſcere & effloreſcere manibus
palpant,

palpant, oculis cernunt, & in omnibus hisce humanæ
vitæ inconstantiam præfigurari animadvertunt. Si quis
hominum foliorumq; naturam paulo accuratius per-
pendat, & inter se contendat, homines non herbis tã-
tum & floribus, sed & arborum foliis simillimos esse
deprehendet. Folia arbores ut vestiunt, ita homines
paradisum hunc mundanum ornant: folia ut magni-
tudine, multitudine, & figura differunt, Simili modo
homines inter se statura, figura, oris specie, mētis acie,
genio ingenio, vita, notis, votis, animorum dotibus
& motibus, donis bonisq; differunt. Ita & hic noster
defunctus, morbo gallico cheu! infestus, proh quam
ab similibus sibi, cum nondū ex ephebis excessisset, & ali-
is factus. Omnis tamen generis ut folia mobilia, cadu-
ca, & fugacia sunt, ita & homines omnis ætatis ac sta-
tus, fragiles sunt, facilioq; ut Simonides olim dicebat,
hominis, quàm muscæ, quamvis celerrime volantis
mutatio. Arbores circa hocce anni tempus folia ape-
rire & expandere occipiunt, alii eorū quædam ad fru-
ctuum usq; maturitatem, vigorem & virorem retinēt,
quædam verò Borealis nymbi, grandinis vel frigoris
injuria, primò statim Vere dejiciuntur, quædam Solis
fervore combusta, ab erucis vel uredine corrupta, me-
dia æstate flaccescunt, concidunt: nec enim jactura
eorundem ita germinationi correspondet, ut quæ pri-
us folia emittunt plantæ, eadem quoq; prius amittant,
sed multo hoc diutius servant, quo citius producunt,
aliæ contrâ, quò seriùs accipiunt, eò citius perdunt.
Hæc omnia mortalitati, e jusq; diversis motibus appri-
mè con-

mè conveniunt. Alii namque homines justum virilis
ætatis *αυρον*, alii aquilæ senectam attingunt, quidam
verò vix progerminantes condrillæ vel heliotropii,
ad solis ortum se convertentis, ex templo, subito na-
scuntur ac emoriuntur. Terrestrem universitatis mū-
danæ hortum, præsens tempus refert. Quo in horto
mundano aspectu violarum nos oblectantes, nil mali
suspicientes, cum animi conturbatione advertimus
Medicinæ Studiosum veram Verisprimulam, flacce-
scere. Qui herbarum naturâ indagando, proculdubio
ipse didicit, omnem carnem foenum esse. Romani me-
moriâ defunctorum celebrantes, patriæ majorumq̃;
imagines solempni pompa & ritu præferri funeribus
curabant. Ut enim plantæ ex bono lectæ genere, so-
lo foecundo insertæ, radicem sapiunt, eiq̃; fructus con-
venientes referunt, nec aquilæ imbelles columbas
progenerant, ita genus, patriam, & educationem in
prolis natura & moribus dijudicandis plurimum fa-
cere, recte Romani judicarunt. Ortum hujus defun-
cti Medici juvenis si respicias, cum à radice proba &
bona, ducit:

*Natus est HINRICUS FABRICIUS, Rostochii An-
no 1620, 20. Novembris. Patrem salutavit, Do. Jacobum
Fabricium, Professore Med. & Super. Mathem. in U-
niversitate Rostoch. per 40. annos celeberrimum, Ducalium
Professorum & Medicorum Collegii, totiusq̃; adeo Acade-
miæ Seniore venerandum, Archiatrum Meckelburgicum,
ut & Serenissimorum ac Potentissimorum Danicæ, Norwe-
giæq̃; Regum, CHRISTIANI IV. gloriosiss. mem. FRIDE-*

RICI


RICI. III. *Persona Medicum primarium. Matrem Margaretam Müllers/* *fœminam omni virtutum genere ornatissimam. Avus Paternus fuit, Henricus Schmidt/* *Reipublicæ hujus Centumvir, & qui ex ario publico per multos annos, dum Deus sinebat, præsuit. Avia paterna, Dorothea Wulfes/* *Dn. Joachimi Wulfes / primi Evangelici Pastoris in Brûse propè Goldbergam in Ducatu hoc Meckelburgico filia, fœmina laudatissima. Avum maternum habuit Rudolphum Müllerum, civem hujus loci integerrimum. Aviam maternam Tilsam Deniam, fœminam itidem laudatissimam. His Parentibus in lucem editus, & cum cœlesti lavacro lotus esset, à Dno. Parente, privatim ac domi curâ nunquam interruptâ pietatis virtutumq; monumenta hausit. Postea in Scholam traditus est Patriæ, & literis cepit imbui humanioribus, quas pro singulari ingenii docilitate, quâ imprimis pollebat, celeriter affecutus est. Factis itaq; præniâ suæ eruditionis fundamentis, in patrio solo ulterius commorari noluit, sed ut studiis suis magis magisq; invigilaret, ad celeberrimas Academias, tanquam ad nundinas bonarum artium, migravit. Primum enim anno 1638. salutavit Academiam Gryphiswaldensem, deinde Batavorum famigeratissimas Academias lustravit, atq; Lugduni & Groningæ per aliquot annos substitit. Exinde inflorentissimam Germaniæ Academiam, quæ est Helmstadii, concessit. Verum cum ibidem, inopino & gravissimo quodam morbo correptus, cujus vehementia corporis vires magis magisq; cottidiè debilitatæ sunt, tandem Anno 1660. in Patriam redire, ibiq; per aliquod tempus subsistere jusus est. Vixit quidem ab eo tempore hic Rostochii per integrum decennium, pacatè*


& tran-

Et tranquille, sed semper de corporis sui imbecillitate; Et acquisito morbo contagioso, conquestus est. Hinc etiam ardentissima febris iterum nuperrime est afflictus. Cum itaque ex adhibitis medicamentis, nec quicquam levaminis animadverteret, sed ultimum vitæ terminum adesse per sentisceret, nihil æquè in votis habuit, quam ut Servatori suo, prævia pœnitentia Et inter veniente S. S. Eucharistiâ, quanto citius uniretur. Et sacrum istud epulum, cum à Viro admodum Reverendo, Dn. D. Casparo Mauricio, Prof. Publ. Et Superint. gravissimo assumisset, ad placidam emigrationem latus atq; lubens sese præparavit. donec tandem in continuis precibus Et suspiriis, sine mortis tormentis. 19. April. circa horam tertiam matutinam, intra quadragesimum ætatis suæ annum vivendo adhuc non completum, placidè exspiravit.

Cum itaque hodie hora prima, exuvia terræ sint mandandæ, omnes & singulos Academia Civis, rogatos monitosq; volo, frequentes dictâ horâ ut in æde S. Jacobæ, confluât & exequias honorificas eant. Postulant id B. Parentum eorumq; laudatissimorum majorum in Remp. litterariam benemerita, invitat nos mortalitatis cotidie ob oculos versans imago, ejusq; utilis & necessaria crebra recordatio. Feliciter namq; teste Gregorio, quis in alterius funere meditando studium collocat, quo in suo adornando remedium ferat. P. P. Rostochii 27. April. An. 1660.







RICI. III. Persona Medicum primam
garetam Müllers/ feminam om-
tissimam. Avus Paternus fuit, Hi-
blica hujus Centumvir, & qui ex an-
nos, dum Deus sinebat, praesuit. A
Wulfes/ Dn. Joachimi Wulfes-
storis in Brüse propè Goldbergan-
burgico filia, femina laudatissima.
buit Rudolphum Müllerum, ca-
mum. Aviam maternam Tilsa-
itidem laudatissimam. His Paren-
cum coelesti lavacro lotus esset, à Dn-
domini curâ nunquam interruptâ, pi-
menta hausit. Postea in Scholam tri-
teris cepit imbui humanioribus, qua-
cilitate, quâ imprimis pollebat, celer-
itaq; primæ suæ eruditionis fundam-
rius commorari noluit, sed ut studiis
gulareret, ad celeberrimas Academia-
bonarum artium, migravit. Primi-
tavit Academiam Gryphiswalden-
famigeratissimas Academiae lustrav-
ningæ per aliquot annos substitit.
Germaniæ Academiam, quæ est He-
rùm cum ibidem, inopino & graviss-
reptus, cujus vehementiâ corporis r-
diè debilitatæ sunt, tandem Anno 1638
ibiq; per aliquod tempus subsistere
ab eo tempore hic Rostochii per inte-

Matrem Mar-
genere orna-
midt/ Reipu-
er multos an-
, Dorothea
vangelici Pa-
hoc Meckel-
aternum ha-
loci integerr-
, feminam
meditus, &
privatim ac-
umq; monu-
Patria, & li-
ri ingeni do-
est. Factis
trio solo ulte-
nagisq; in vi-
ad nundinas
no 1638. salu-
Batavorum
luni & Gro-
rentissimam
ncesit. Ve-
n morbo cor-
nagisq; cotti-
iam redire,
ixit quidem
mum, pacatè
& tran-

